

# EPISTOLA

PERILLUSTRIS VIRI

NICOLAI BOILEAU

DESPREAU X,

AD CLARISSIMUM D. D.

DE LAMOIGNON,

CAUSARUM REGIARUM

ANTEHAC

IN SENATU PARISIENSI

PATRONUM,

NUNC PRÆSIDEM INFULATUM

E GALLICIS METRIS

IN LATINA CONVERSA.




PARISIIS,

Apud JACOBUM QUILLAU, Typ. Jur. Lib.  
Univ. in viâ, vulgò dictâ *Galande*.

---

M D C C V I I.

C U M P E R M I S S U.



2

E P I T R E  
A M O N S I E U R  
D E L A M O I G N O N ,  
C I - D E V A N T  
A V O C A T G E N E R A L ,  
A P R E S E N T  
P R E S I D E N T A M O R T I E R .

**O** UI , L A M O I G N O N , je fuis les chagrins de la  
Ville ,

Et contre eux la campagne est mon unique azile.  
Dû Lieu qui m'y retient veux-tu voir le tableau ?  
C'est un petit Village \* , ou plutôt un Hameau  
Bâti sur le penchant d'un long rang de collines ,  
D'où l'œil s'égaré au loin dans les plaines voisines ,  
La Seine au pied des monts que son flot vient laver ,  
Voit du sein de ses eaux vingt Isles s'élever ,

\* *Haut'Isle proche la Roche-Guion.*



EPISTOLA  
 PERILLUSTRIS VIRI  
 NICOLAI BOILEAU  
 DESPREAUX,  
 AD CLARISSIMUM  
 D.D. DE LAMOIGNON,  
 CAUSARUM REGIARUM ANTEHAC  
 IN SENATU PARIENSI PATRONUM,  
 NUNC PRÆSIDEM INFULATUM,  
 è Gallicis metris in Latina  
 CONVERSA.

**S**IC est LAMONIDE, procul urbibus, abditus  
 agro,  
 Curarum expertem videor mihi vivere vitam.  
 Angulus hic unus contra aspera cuncta tuetur.  
 Vin' tibi dilectam sedem, mea regna, fideli  
 Carmine describam? Vati labor ille voluptas.  
 Plurimus attollit juga se per mollia collis,  
 Immensum unde patet latè prospectus in aquor.  
 Ambitiosus ubi puro torrente superbit

A ij

Qui partageant son cours en diverses manieres ,  
 D'une riviere seule , y forment vingt rivieres,  
 Tous les bords sont couverts de saules non plantés ,  
 Et de noyers souvent du passant insultés.  
 Le Village au dessus forme un amphitheâtre.  
 L'habitant ne connoit ni la chaux , ni le plâtre ,  
 Et dans le roc qui cede & se coupe aisément ,  
 Chacun sçait de sa main creuser son logement.  
 La maison du Seigneur seule un peu plus ornée ,  
 Se presente au dehors de murs environnée.  
 Le Soleil en naissant la regarde d'abord :  
 Et le mont la defend des outrages du Nord.

C'est-là , cher LAMOIGNON , que mon esprit tran-  
 quille

Met à profit les jours que la Parque me file.  
 Ici dans un vallon barrant tous mes desirs ,  
 J'achete à peu de frais de solides plaisirs.  
 Tantôt un livre en main errant dans les preries ,  
 J'occupe ma raison d'utiles rêveries.  
 Tantôt cherchant la fin d'un vers que je construi ,  
 Je trouve au coin d'un bois le mot qui m'avoit fui.  
 Quelquefois aux appas d'un hameçon perfide ,  
 J'amorce en badinant le poisson trop avide ;

*Sequana, rura secans, & per discrimina centuri  
 Sectus agris, unus centum tibi flumina reddit.  
 Non tot Carpathio Sporades se gurgite tollunt,  
 Quot pater è medio miratur surgere fluctu  
 Cycladas, unde loco nomen fecere coloni.  
 Multa salix ripas circum, & nux plurima vestit  
 Sponte solo nata, quas praterendo viator  
 Assiduè vexare solet saxoque manùque.  
 Imminet his scopulo pendens, formamque theatri  
 Arduus ostentans vicus. Non ulla redemptor.  
 Hùc carmenta vehit; scissâ sibi quisque penates  
 Incola rupe secat, sed enim hic sunt mollia saxa.  
 Paulo splendidior domus eminet una Dynasta  
 Muro cincta, rubetque orientis lumine Phœbi,  
 Mqns & obest savâ ne quid ladatur ab Arcto.  
 Hic ego, LAMONIDE, liber, parvòque beatus,  
 Quot mihi Parcarum decurrunt pollice soles  
 Apponens lucro, campis modo solus oberro  
 Irriguis, libro intentus; modo mente volutans  
 Quod queat ad vitam còmpendia ferre beatam,  
 Sedulus utilium provisor obambulo. Sape  
 Difficiles versus cudente Minervâ;  
 Quod dudum vano conamine persequor, ecce  
 Apprendo eluctans nemorosa per avia verbum.  
 Interdùmque hamo pisces captator inescans,  
 A iij*

6  
Ou d'un plomb qui suit l'œil, & part avec l'éclair

Je vais faire la guerre aux habitans de l'air.

Une table au retour propre & non magnifique,

Nous présente un repas agreable & rustique.

Là, sans s'affujettir aux dogmes du Broussain,

Tout ce qu'on boit est bon, tout ce qu'on mange  
est sain.

La maison le fournit, la fermiere l'ordonne,

Et mieux que Bergerat \* l'appetit l'affaizonne.

O fortuné séjour ! ô champs aimés des Cieux !

Que pour jamais foulant vos prés délicieux,

Ne puis-je ici fixer ma course vagabonde,

Et connu de vous seuls oublier tout le monde !

Mais à peine du sein de vos vallons chers,

Arraché malgré moi, je rentre dans Paris,

\* *Fameux Traiteur.*

*Persidus ingluviem fallo. Dein bella per auras  
Sulphuris incensi auxilio plumbóque volante  
Indicens avibus, dum plaudunt nube sub altâ  
Aëra mulcentes cantu, certo eminus ictu  
Dejicio. Miscere juvat sic seria ludo.*

*Accipit hinc reducem non divite mensa paratu,  
Sed quam munditie commendat honesta nitentem  
Simplicitas. Dapibus quas villica struxit inemtis  
Condivitque fames, stomachóque obsonia fecit  
Bergerato melior, cum paucis vescor amicis.*

*Nulla hic Brussani curamus dogmata, sanis  
Quando nihil sanum non est. Sine fraude Lyaus  
Innocuas inter bibitur lenissimus escas.*

*O fortunati colles! ô dulcia rura!*

*O molles umbra nemorum! Diis ô! Domus ipsis*

*Digna coli. O utinam tot conflictata procellis*

*Vita mihi, hoc placido possit consistere portu;*

*Et quod fata dabunt avi superesse fugacis,*

*Exigere insani citra commercia mundi;*

*Hoc lare solus agens, vel roscida rura pererrans*

*Tunc unus superàm factus mortalia temnam.*

*Ast ubi fumosam sors aspera cogit in urbem*

*E vestro migrare sinu, vos florea rura*

*Deserere: actutum me mille negotia circum*

*Insiliunt, salvo circumsonat unda tumultu.*

*Hic consanguineo sese male foedere jactans*

A iiij

Qu'en tous lieux les chagrins m'attendent au passage.

Un Cousin abusant d'un fâcheux parentage ,  
Veut qu'encor tout poudreux , & sans me déborter ,  
Chés vingt Juges pour lui j'aille solliciter.

Il faut voir de ce pas les plus considérables :

L'un demeure au Marais , & l'autre aux Incurables.

Je reçois vingt avis qui me glacent d'éfroi.

Hier , dit-on , de vous on parla chés le Roi ,

Et d'artentat horrible on traita la Satire.

Et le Roi , que dit-il ? Le Roi se prit à rire.

Contre vos derniers vers on est fort en couroux.

Pradon a mis au jour un livre contre vous ,

Et chés le chapelier du coin de nôtre place

A l'entour-d'un castor j'en ai lû la préface.

L'autre jour sur un mot la Cour vous condamna ,

Le bruit court qu'avant-hier on vous assassina.



Urget atrox & adhuc coopertum pulvere sevis  
 Vellicat, ut litem dubio quam jure tuetur  
 Persequar adjunctus tutor: sequor usque trahentem  
 [Nec mora, nec requies] ocreatus. Eo duce lustro  
 Purpureos proceres quotquot subsellia jactant  
 Egregios. Hic trans extrema suburbia longè  
 Insanabilium attingit vicinior ades;  
 Visendus Templi conterminus ille paludi.  
 Mille mihi interea tota narrantur ab urbe  
 Tristia certatim de me, queis frigidus horror  
 Injicitur, gelidusque coit formidine sanguis.  
 Multus apud Regem de te fuit, ô bone, sermo.  
 Et satiram culeo dixerunt & cruce dignam.  
 Quid super his, LODOIX, aio? Rex optimus oro  
 Subrisit placido tacitus. Tibi dira minantur  
 Omnia quos nuper, censor licet æquus, iniustos  
 Carmine lussisti; princeps hos totus amaro  
 Felle tumens Prado extimulat, sed & ipse volumen  
 In te tartareum scripsit: convicia legi  
 Queis operi proludit atrox: ea nempè notavi  
 Multus ubi prostat venalis pileus, uni  
 Eximio magnâ thecam circundare chartâ.  
 Unâ voce super, crimen tibi plurimus aula  
 Affecla impexit nuper. Te cominus ense  
 Transfixum, totam modo jactat fama per urbem.

Un écrivain scandaleux sous votre nom se donne :

D'un Pasquin qu'on a fait au Louvre on vous soup-  
çonne.

Moi ? Vous. On nous l'a dit dans le Palais Royal.

Douze ans sont écoulés , depuis le jour fatal ,

Qu'un Libraire imprimant les essais de ma plume ,

Donna pour mon malheur un trop heureux volume.

Toujours depuis ce tems en proie aux fots dis-  
cours

Contre eux la verité m'est un foible secours,

Vient-il de la Province une satire fade ,

D'un Plaisant du païs insipide boutade ?

Pour la faire courir on dit qu'elle est de moi :

Et le fof Campagnard le croit de bonne foi.

J'ai beau prendre à témoin & la Cour & la Ville.

Non , à d'autres , dit-il , on connoit votre stile.

Combien de tems ces vers vous ont-ils bien coûté ?

Ils ne sont point de moi , Monsieur , en verité ;

Peut-on m'attribuer ces sottises étranges ?

Ah ! Monsieur , vos mépris vous servent de loüanges.

Diditur in vulgus famosum Epigramma Bolæ  
 Nomine. Suspicio Luparâ versatur in altâ  
 Scommate ferventem te conscripsisse libellum.  
 Min' tu tale nefas? prorsus tibi; tota PHILIPPÆ  
 Atria non vano hoc de te rumore volutant.  
 Jata bis sex fatis abiere volentibus anni,  
 (Hei mihi) cum famâ nimium felice volumen  
 Exiit, evulgans rudioris Carmina Musa,  
 Inde mihi clades fluxit, quam avertere veri  
 Nec vis ulla, tenor nec vita candidus usquam  
 Evaluit. Plebi insulsa sum fabula factus.  
 Ecce tibi satiram stulto temerarius æstu  
 Edidit in lucem nullo sale Scurra, facetum  
 Quem sua garrulitas & cæca libido jocandi  
 Clarat apud fatuos raris genialis alumnos:  
 Illa meâ, ut placeat, jactatur cusa Minervâ,  
 Réque meam verâ provincia credit ineptæ,  
 Nec prodest testes urbemque aulamque vocare.  
 Nugæ; aiunt, sed enim tua cognita forma canendi.  
 Quot tua Musa dies dedit huic operosa labori?  
 Frigida nemo mea sapiens deliria Musa  
 Objectare aufert. Quod te thage deprimis, hoc te  
 Laude magis cumulas, tibi probum cedit honori.  
 Sic ego, sic curis quas undique constat in urbe  
 Sors inimica mihi, mala tortus & usque cruentâ  
A vj

Ainsi de cent chagrins dans Paris accablé,  
 Juge, si toujours triste, interrompu, troublé,  
 LAMOIGNON, j'ai le tems de courtoiser les Muses,  
 Le monde cependant se rit de mes excuses,  
 Croit que pour m'inspirer sur chaque événement  
 Apollon doit venir au premier mandement.  
 Un bruit court que le Roi va tout réduire en pou-  
 dre,

Et dans Valenciennes est entré comme un foudre ;  
 Que Cambrai des François l'épouvantable écueil,  
 A vû tomber enfin ses murs & son orgueil ;  
 Que devant Saint-Omer Nassau par sa défaite  
 De Philippe vainqueur rend la gloire complète.  
 Dieu sçait, comme les vers chez vous s'en vont  
 couler,

Dit d'abord un Ami qui veut me cageoler,  
 Et dans ce tems guerrier, & fécond en Achilles,  
 Croit que l'on fait les vers, comme l'on prend les  
 Villes.

Mais moi dont le genie est mort en ce moment,  
 Je ne sçais que répondre à ce vain compliment,  
 Et justement confus de mon peu d'abondance,  
 Je me fais un chagrin du bonheur de la France,

*Anxietate lateo, nec dulcibus otia Musis*

*Fallere, nec doctas possum prehsare sorores.*

*At mihi, LAMONIDE, venia tamen inde mereri.*

*Nil queo, nec vulgi injustas compscere voces.*

*Nempè simul nostras res prospera fata secundant,*

*Sponte mihi Aonios tunc se recludere Fontes*

*Ilicet & Phoebum credunt ad iussa venire.*

*En LODOIX, fama si credimus, omnia ferro*

*Vindictè disturbare parat: jam fulminis instar*

*Ecce Valencennas irrupit victor in arcas;*

*Et quondam Hectorea scopulúsque & dedecus aula*

*Cameracum, fastus dediscere cœpit Iberos,*

*Ex quo aqnata solo tot propugnacula cernit,*

*Et stupet invicto vallatas aggere turres,*

*Victoris nutu ingenti cecidisse ruinâ.*

*Dicitur & cœsas ferro stravisse phalanges*

*Nassavii, Audomarâmque novo clarasse trophæo*

*Aurelius. Proh quanta seges se vatibus offert!*

*Quam pleno fluet Aonius tibi flumine torrens.*

*His mihi blanditiis male palpum obtrudit amicus,*

*Hâcque atate putat tot facta Heroibus, arte*

*Carmina sic fingi, bello expugnantur ut urbes.*

*Insolito mihi tunc avescere vena stupore,*

*Et nescire pari par deinde referre jocanti.*

Qu'heureux est le Mortel qui du monde ignoré,  
 Vit content de soi-même en un coin retiré !  
 Que l'amour de ce rien qu'on nomme renommée,  
 N'a jamais enyvré d'une vaine fumée.  
 Qui de sa liberté forme tout son plaisir,  
 Et ne rend qu'à lui seul conte de son loisir.  
 Il n'a point à souffrir d'affronts ni d'injustices,  
 Et du peuple inconstant il brave les caprices.  
 Mais nous autres faiseurs de livres & d'écrits,  
 Sur les bords du Permesse aux louanges nouris,  
 Nous ne saurions briser nos fers & nos entraves,  
 Du Lecteur dédaigneux honorables esclaves.  
 Du rang où nôtre esprit une fois s'est fait voir,  
 Sans un fâcheux éclat, nous ne saurions déchoir.  
 Le Public enrichi du tribut de nos veilles  
 Croit qu'on doit ajouter merveilles sur merveilles.  
 Au comble parvenus il veut que nous croissions ;  
 Il veut en vieillissant que nous rajeunissions :

*Sic lingua, sic vocis inopa, tibi Gallia, stultitia  
Invideo partos ex omni gente triumphos.*

*Felix ô ! nimium felix, vitare malignos  
Qui coetus hominum potuit ; quem sorte beatum  
Exiguâ procul à vulgo tegit angulus ; aura  
Quem non afflavit transversum vana fugacia  
Gloriola ; soli sibi vivere latus, & otî  
Dividere arbitrio dulces inglorius horas,  
Ille nihil fatua plebis ludibria curat,  
Judiciûmve horret, plausus aut ambit inanes.  
At nos, nos miseri vates, Permesside lymphâ  
Pectora queis jam dudum, & laudibus ebria ferventâ  
Nobile servitium & fastus tolerare malignos  
Affueti, simul ut collum præbere capistro  
Cœpimus, haud ullâ nos exire arte valemus.  
Quò semel ingenio clari pervenimus, inde  
Non nisi funestâ latèque sonante ruinâ  
Excidimus, ridet vulgus superâ arce cadentes :  
Et quos tot docto sudati Marte labores  
Ditarunt, nostri tader nisi mira subinde  
Edamus. Quatit assiduo nos fulmine censor.  
Attigimus postquam summum, contendere pennis  
Nos premit ulterius plebs putida ; sentica nec nos  
Solvere causa potest ; revirescere. Musa jubetur  
Nix postquam capiri accessit, virâsque soluta :*

Cependant tout décroît, & moi-même à qui l'âge  
 D'aucune ride encor n'a flétri le visage,  
 Déjà moins plein de feu, pour animer ma voix,  
 J'ai besoin du silence & de l'ombre des bois.  
 Ma Muse qui se plaît dans leurs routes perdus,  
 Ne sçauroit plus marcher sur le pavé des rues.  
 Ce n'est que dans ces bois propres à m'exciter,  
 Qu'Apollon quelquefois daigne encor m'écouter.  
 Ne demande donc plus, par quelle humeur sauvage  
 Toit l'Esté loin de toi demeurant au village,  
 J'y passe obstinément les ardeurs du Lion,  
 Et montre pour Paris si peu de passion.  
 C'est à toi, LAMOIGNON, que le rang, la naissance,  
 Le mérite éclatant, & la haute éloquence  
 Appellent dans Paris aux sublimes emplois,  
 Qu'il sied bien d'y veiller pour le maintien des Loix.



Tempore decreseunt tamen omnia, mi quoque sulcis  
 Cui faciem nondum rugavit foeda senectus,  
 Phœbeâ fervere minus præcordia flammâ  
 Experior; nec jam molli nisi stratus in umbra  
 Altorum nemorum, cum sola immurmurat aura,  
 Sentio vocalem per amica silentia Musam.

Namque per occultas, quâ rara est semita, sylvas  
 Quando errare animum tangit nunc una voluptas  
 Jam nequeo populo tritos insistere calles.

Vos mihi, vos, inquam, sylva saltusque profundi,  
 Vos, modo præsentem datis in nova carmina Phœbeum.

Villula cui cordi est, huic magna Lutetia sordet.

Ergo, LAMONIDE, fuge quarere cur mihi tota  
 Æstas, urbe procul, procul & Te, dulcis amice,  
 Irriguos inter lucos exacta, furentis  
 Lenierit rabiem Canis & momenta Leonis.

At Te, LAMONIDE, heroum cui sanguine ducta  
 Nobilitas, stimulos titulis potioribus addit;  
 Cui largè exundans & pleno dives ab alveo  
 Vis salit eloquii, mentes evincere cæta,  
 Purpura cui virtusque novos circumafflat honores;  
 Te Te, inquam, decet in medio dare jura Senatu,  
 Te pleno regnare foro, legesque tueri,  
 Patria Te possit totam, Themidisque tribunal.

Tu dois là tous tes soins au bien de ta patrie ;  
 Tu ne t'en peux bannir que l'orphelin ne crie,  
 Que l'oppresser ne montre un front audacieux ;  
 Et Thémis pour voir clair a besoin de tes yeux.  
 Mais pour moi de Paris citoien inhabile,  
 Qui ne lui puis fournir qu'un rêveur inutile,  
 Il me faut du repos, des prés, & des forêts.  
 Laisse-moi donc ici, sous leurs ombrages frais,  
 Attendre que Septembre ait ramené l'Automne,  
 Et que Cérès contente ait fait place à Pomone.  
 Quand Bacchus comblera de ses nouveaux bienfaits  
 Le Vendangeur ravi de ploier sous le faix,  
 Aussi-tôt ton ami redoutant moins la ville,  
 T'ira joindre à Paris pour s'enfuir à Bavielle.  
 Là, dans le seul loisir que Thémis t'a laissé,  
 Tu me verras souvent à te suivre empressé,  
 Pour monter à cheval rappelant mon audace,  
 Apprenti Cavalier galoper sur ta trace.

Te cives Patrem, puerique parentibus orbi  
 Ultorem appellant, & qua Te iudice dudum  
 Ad Styga descendit scelerata libido nocendi,  
 Non prius absentem reginâ sentiet urbs,  
 Quam caput attollet, virésque repente resumet:  
 Nec potis ipsa Themis, nisi Te duce cernere rectum.  
 Ast ego quid vates, quid civis inutilis urbi,  
 Quid conferre queo nugis & Apolline plenus?  
 Me saltus, me prata, levi me lymphâ susurre  
 Assultans, rapit illecebris; sine stratus in umbra  
 Ducam sollicita jacunda oblivia vita,  
 Aspirent donec Septembres mollius aura,  
 Et Ceveri, latis gaudens Pomona viretis  
 Succedat. Tunc cum matura vinitor uva  
 Exultans canet injusto sub fasce Lyaum;  
 Tempore non alio cives, urbemque revisam;  
 Inde Barvillam duce Te fugiturus in agrum:  
 Tandem letus ibi, grata ocia qua semel annus  
 Pomifer indulget fesso, Tecum, optima, captans;  
 Sapè alacer tua pone legens vestigia, quamvis  
 Electere quadripadem franis indoctus, amico.

Tantôt sur l'herbe assis au pied de ces coteaux,  
 Où Polycrene \* épand ses liberales eaux,  
 LAMOIGNON, nous irons libres d'inquietude  
 Discourir des vertus dont tu fais ton étude :  
 Chercher quels sont les biens veritables & faux :  
 Si l'honnête homme en soi doit souffrir des défauts  
 Quel chemin le plus droit à la gloire nous guide,  
 Ou la vaste science, ou la vertu solide.  
 C'est ainsi que chés toi tu sçauras m'attacher.  
 Heureux ! si les Fâcheux prompts à nous y chercher  
 N'y viennent point semer l'ennuieuse tristesse ;  
 Car dans ce grand concours d'hommes de toute  
 espece,  
 Que sans cesse à Baviile attire le devoir ;  
 Au lieu de quatre amis qu'on attendoit le soir ,

\* Fontaine à une demie-lieue de Baviile, ainsi nommée par  
 feu Monsieur le Premier President de Lamoignon.

*Ante equitante tamen gressus glomerabo citatos :*  
*Nunc ambo vacui curis in gramine molli,*  
*Purus ubi leni per valles murmure serpens*  
*Exultat rivus, quem dives aquis Polycrene*  
*Fonte creat, latosque uberrima fundit in agros*  
*Qua natura boni, qua recti semita, virtus*  
*Vera quibus se praesidiis sustentet [ id unum*  
*Quando animo cura est ] quâve arte paretur, agemus ;*  
*Moribus innocuis utrum sanctoâque tenore,*  
*Immortale decus fama quaratur, an alti*  
*Dotibus ingenii, cui fontibus haustus ab ipsis*  
*Doctrina lepor accessit verique peritus :*  
*Vir probus an cunctas vitiorum excindere fibras*  
*Debeat atque omnes omnino abstergere navos.*  
*His me, LAMONIDE, studiis Tecum usque tenebis,*  
*Rure Bavillao. Felix, nisi turba repente*  
*Importuna virum, strepitu temerè omnia miscens,*  
*Ad tristes nugas abducat & otia turbet.*  
*Scilicet innumeros inter quos undique clarum*  
*LAMONIDÆ nomen, terris & didita fama*  
*Huc ciet, interdum serò expectantur amici*

Quelquefois de Fâcheux arrivent trois volées,  
Qui du parc à l'instant assiègent les allées.  
Alors sauve qui peut, & quatre fois heureux !  
Qui sçait pour s'échapper quelque antre ignoré  
d'eux.

*Quatuor ad summum, triplici cum se agmine fundit  
Irrumpitque cohors, cultu officiosa molesto.*

*Heu fuge! ter felix si se spelunca Tibi offert*

*Devia, quò nequeant Te vestigare latentem.*

GODEAU.

curé de St Cosme

---

**P**ERMIS d'imprimer, ce septième Novembre  
1707.

M. R. DE VOYER D'ARGENSON,